

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Trinitas a cum fonte primo

Vbi queritur unitas trinitatis, ←
Patris scilicet et Filii et Spiritus Sancti,
nec periculosius alicubi erratur, nec
laboriosius aliquid queritur, nec
fructuosius aliquid inuenitur.
Non pigebit me sicubi hesito
querere, nec pudebit sicubi erro
discere.

Quisquis ergo hoc audit uel legit ubi
pariter certus est, pergat mecum; ubi
pariter hesitat, querat mecum; ubi
errorem suum cognoscit, redeat ad me;
ubi meum, reuocet me. Ita ingrediamur
simul caritatis uiam tendentes ad eum de
quo scriptum est: Querite faciem eius
semper.

Augustinus libro I. de trinitate.

Nec pigebit autem me, sicubi haesito,
quaerere; nec pudebit, sicubi erro,
discere.

Proinde

quisquis haec legit ubi
pariter certus est, pergat mecum; ubi
pariter haesitat, quaerat mecum; ubi
errorem suum cognoscit, redeat ad me;
ubi meum, reuocet me. Ita ingrediamur
simul caritatis uiam tendentes ad eum de
quo dictum est: *Quaerite faciem eius
semper* (Par. 16:11; Ps. 104:4).

Et hoc *placitum* pium atque tutum *coram*
domino *deo* nostro cum omnibus inierim
qui ea quae scribo legunt et in omnibus
scriptis meis maximeque in his
→ ubi quaeritur *unitas* trinitatis,
patris et filii et spiritus sancti,
quia
neque periculosius alicubi erratur, nec
laboriosius aliquid quaeritur, nec
fructuosius aliquid inuenitur.

Augustinus Hipponensis, *De trinitate*, 1,
2-3 (CCSL 50, W.J. Mountain ed., p.32,
ll.24-25, 1-11).